



Aus dem ersten Buch: Die Ankunft des Aeneas in Latium

Lateinischer Text	Übersetzungshilfen
<p>1. Iam primum omnium satis constat Troia capta in ceteros saevitum esse Troianos, duobus, Aeneae Antenorique, et vetusti iure hospitii et quia pacis reddendaeque Helenae semper auctores fuerant, omne ius belli Achivos abstinuisse; ...</p>	<p>saevire (v. saevus): wüten, rasen Aenaeas, Antenor: Name zweier Troianer. Aeneas ist nach vielfacher Überlieferung der Urvater der Römer. Übersetzen Sie den Dativ mit "gegenüber". vetustus -a -um: ~ vetus Achivi: die Achiver, ein anderer Name für die Griechen. auctor: hier Fürsprecher. In der Ilias, 7.347 berichtet Homer, dass Antenor in einer Versammlung der Troianer dafür eintrat, Frieden mit den Griechen zu schließen.</p>
<p>4. Aeneam ab simili clade domo profugum sed ad maiora rerum initia ducentibus fatis, primo in Macedoniam venisse, inde in Siciliam quaerentem sedes delatum, ab Sicilia classe ad Laurentem agrum tenuisse.</p>	<p>profugus: der Flüchtling. Übersetzen Sie dieses Substantiv hier mit einem Relativsatz: der ... vertrieben worden war. Laurentus ager: das Gebiet von Laurentum (in Mittelitalien)</p>
<p>Troia et huic loco nomen est. 5. Ibi egressi Troiani, ut quibus ab immenso prope errore nihil praeter arma et naves superesset, cum praedam ex agris agerent, Latinus rex Aboriginesque, qui tum ea tenebant loca, ad arcendam vim advenarum armati ex urbe atque agris concurrunt.</p>	<p>Beginnen Sie die Übersetzung mit 'cum'. Das Subjekt des ganzen Satzes ist Troiani. In den Gliedsatz mit 'cum' ist der ebenfalls kausale Gliedsatz eingefügt, der mit "ut quibus" beginnt. egressi: PPP von egredi, egredior, egressus sum: heraustreten; hier: gelandet ut quibus: weil ihnen advena, -ae, m.: der Ankömmling</p>



Lateinischer Text	Übersetzungshilfen
6. Duplex inde fama est. Alii proelio victum Latinum pacem cum Aenea, deinde adfinitatem iunxisse tradunt;	adfinitas: die Verwandtschaft
7. alii, cum instructae acies constitissent, priusquam signa canerent processisse Latinum inter primores ducemque advenarum evocasse ad conloquium; percontatum deinde, qui mortales essent, unde aut quo casu profecti domo quidve quaerentes in agrum Laurentinum exissent,	alii: Ergänzen Sie 'dicunt'. Die Abschnitte 7 bis 9 sind in indirekter Rede (oratio obliqua) verfasst, so dass alle Hauptsätze als Acl erscheinen und die Nebensätze in den Konjunktiv treten. canere: hier: ertönen, schallen. Signa canunt: die Zeichen (zum Kampf) ertönen oder erschallen qui mortales: wer
8. postquam audierit multitudinem Troianos esse, ducem Aeneam filium Anchisae et Veneris, cremata patria domo profugos, sedem condendaeque urbi locum quaerere, et nobilitatem admiratum gentis virique et animum vel bello vel paci paratum, dextra data fidem futurae amicitiae sanxisse.	sancire: eigentl. ‚heiligen‘, fidem sancire: einen feierlichen Bund schließen, Treue schwören
9. Inde foedus ictum inter duces, inter exercitus salutationem factam. Aeneam apud Latinum fuisse in hospitio; ibi Latinum apud penates deos domesticum publico adiunxisse foedus filia Aeneae in matrimonium data.	foedus icere: einen Bund schließen. Ergänzen Sie ‚esse‘ hinter ‚ictum‘. penates dei: die Penaten, die heimischen Götter Alt-Italiens. filia data: abl. abs.; Aeneae ist Dativ-Objekt. in matrimonium: zur Frau

